Nec rigidos mroes regia muſa dedit
Carmina quis potuit tuto legiſſe tibulli
Vel tua/cuius opus cinchia ſola fuit
Quis poterit lecto durus diſcedere gallo
Et mea neſcio quid carmina dulce ſonat
Ac tibi riualem noli tu fingere quemquā
Inqȝ ſuo ſolam crede iacere thoro.

Qȝ non ſemper poſſūt curari vicia. Capitulum.xx

Arma valent per ſe nullūqȝ machaona querūt Ouidis.
Ad dubiam medicus confugit eger opem
Non eadem ratio eſt ſentire et demere morbo
Senſus ineſt cunctis tollitur arte malum
Non eſt in medico ſemper releuetur vt egre
Interdum docta plus valet arte malum
Cernis vt e molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad ſtigias certo limite ducat aques
Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas
Sanabit nulla vulnera cordis ope
Ey michi qꝫ nullis amor eſt medicabilis herbis
Tollere nodoſam neſcit medicina podagrā
Nec formidandis auxiliatur aquis
Cura quoqȝ intdum nulla medicabilis arte eſt
Aut ſi ſit longa eſt extenuanda mora.

Explicit liber Octauus.

Incipit liber nonus De virtutibus. Diffinicio virtutis. Capitulum primuȝ

Virtus eſt medium viciorū vtrīqȝ redactū Oracius

Diffinicio v̄tutis ꝗ ſapiēcie cadē appetēda

Virtus eſt viciū fugere ꝗ ſapiencia prima Idem.
Stulticia caruiſſe/vides que maxima credis
Eſſe mala/exiguum cenſum/tu rpemqȝ repulſam



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quāto diuites animi capitiſqꝫ dolore
Impiger extremos currismercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens / per ſaxa / per ignes
Ne cures ea / que ſtulte miraris / et optas
Diſcere / et audire et meliori credere non vis
Quis circum pagos et circum compita pugnax
Magna coronari contempnat olimpia cui ſpes
Cui ſit condicio dulcis ſine puluere palme
Vt iugulent homines / ſurgunt de nocte latrones
Vt teipſum ſerues non expergiſceris / atqui
Si noles ſanus / cures vel ydropicus / et ni
Poſtes ante diem librum cum lumine / ſi nō
Intendes animū ſtudijs / et rebus honeſtis
Inuidia vel amore vigil torquebere / nam cur
Que ledunt oculos feſtinas demere / ſi quod
Eſt animū / differs curandi tempus in annū

Quod feſtinandum ſit ad virtutes. Capitulū. iij.

Oracius — Dimidium facti qui cepit habet / ſape aude
Incipe / viuendi recte qui prorogat horam
Ruſticus / expectat dum tranſeat amnis / at ille
Alanus — Labitur et labetur in omne volubilis euum
Dimidium qui cepit habet / finiſqꝫ beati
Gracia / principijs ſemper reſpondet honeſtis
Affectus ſequitur effectus / ſi ſimul inſtant
Naſcitur effectus / dum naſcitur ipſa voluntas
Hic matri prolixqꝫ ſimul conceditur ortus

Qualiter inueſtigande ſint virtutes. Cap. iiij.

Oracius — Inter cuncta leges / et percontabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter euum
Non te ſemper inops agitet vexetqꝫ cupido
Non pauor / et rerum mediocriter vtilium ſpes

Virtutem doctrinā paret/natura ve donet
Quid minuat curas / quid te tibi reddat amicum
Quid pure tranquillet honos /an dulce lucellum
An ſecretum iter et fallentis ſemita vite
Et tibi que ſamius deduxit littera ramos Perſius
Surgentem dextro monſtrauit limite callem
Appoſita in tortos extendit regula mores
Quod verum atq; decens curo et rogo et omnis i hoc ſū Oraci9
De forma honeſte vite. Capitulū. v
Formula viuendi p̄ſto eſt tibi/ pauca loquaris
Plīma fac/ſit vtrūq; comes mod9 /vtile pulcr̄ ⁎
Obſequijs inſtes ea p̄ te munera poſcent
Sobrius a menſa/de lecto ſurge pudicus
Stans caſum metuas /ſperes p̄ſtratus /et illum
Quem colis in titulis miſerum abiectūq; tuere
Quelibet officio cauſa erit apta tuo Ouidi9.
Qualibet etatem niti decet ad probitatem zozimas
Nubere virtuti virtus letatur honeſtas Thobias
Gaudet honeſtatis /comparis eſſe comes
Conſonat/et melius redolet iunctura bonorum
Fructibus ipſa ſuis que ſit cognoſcitur arbor Pāpħil9
Arbore de dulci/dulcia poma cadunt
Radicis vicio ſordet ramuſculus /heres
Improbus /excedit crimine ſepe patrem
Qz tria in quolibet opere ſint neceſſaria. Cap. vi.
Tres reor ancillas operis / congreſſio quarū Thobias
Quodlibet in ſemen fructificare facit
Tercia ſi deſit aut cōmoditate carebit
Aut ſemiplenū deſtituetur opus.
Quicquid agant homines prior eſt ancilla voluntas
Propoſiti/facta preuia/mentis iter

Hec inter ſocias prior eſt / experiqꝫ ſororum
Primū prefigit officioſa gradum
Inde ſecunda ſubit conſulta licencia/quicquid
Expediat/licito conciliare ſtudens
Tercia propoſiti conſummatiua facultas
Supremam ſatagit conciliare manum
Hec tria quicquid agas cole/concurrentibus iſtis
Quodlibet humanum fructificabit opus

De naturali vi anime. Capitulum.vij

Ouidius. Est deus in nobis et ſunt cōmercia celi
Sedibus ethereis ſpiritus ille venit
Boecius Sz mēs cecis obruta mēbris Neq̄t oppſſi luminis ignis
Rerū tenues noſcē cauſas Sz cur tāto flagrat amore
Veri tectas aperire notas
Scit ne ꝙ appetit anxia noſſe
Sed quis nota noſſe laborat
At ſi neſcit quid ceca petit
Quis enim quidꝗ̄ neſcius optet
Aut quis valeat neſcita ſequi
Quo ve inueniat/quis inuentam
Queat ignarus noſcere formam
An cum mentem cerneret altam
Pariter ſummaꝫ ⁊ ſingula norat
Nunc membroruꝫ condita nube
Non in totum eſt oblita ſui
Summāqꝫ tenet ſingula perdens
Igitur quiſquis vera requirit
Neutro eſt habitu nam neqꝫ nouit
Nec penitus tamen omnia neſcit
Sed quā meminit retinens ſūmā
Conſulit alta viſa retractans

Vt ſcituatis queat oblitas addere partes
Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo Ouidiꝰ.
Impetus hic ſacre ſemina mentis habet
Qꝫ per doctrinam vis anime excitetur. Cap̄. viij.
Quiſquis profunda mente veſtigat verum Boecius
Cupitqꝫ nullis ille deuijs falli
In ſe reuoluat intimi lucem viſus
Longoſqꝫ in orbem cogat inflectens motus
Animūqꝫ doceat quicquid extra molitur
Suis retruſum poſſidere theſauris
Dudum ꝙ atra texit erroris nubes
Lucebit ipſo perſpicacius phebo
Non omne namqꝫ depulit lumen mente
Obliuioſam corpus inuehens molem
Heret ꝓfecto ſemen introrſum veri
Quod excitatur ventilante doctrina
Nam cur rogati ſponte recta cenſeris
Ni merſus alto viueret fomes corde
Qꝫ ſi platonis muſa perſonat verum
Quod quiſqꝫ diſcit immemor recordatur
De paſſionibus anime. Capitulū. ix.
Quondā porticus attulit / obſcuros nimiū ſenes Boecius
Qui ſenſus et imagines / e corporibus extimis
Credant mentibus imprimi vt quōdam celeri ſtilo
Mos eſt equore pagine / que nullas habeat notas
Preſſas figere litteras / ſed mens ſi ꝓprijs vigens
Nichil motibus explicat / ſed tamen paciens iacet
Notis ſubdita corporum / caſſaſqꝫ in ſpeculi vicem
Rerum reddit ymagines / vnde hec ſic animis viget
Cernens omnia notio / queuis ſingula perſpicit
Aut que cognita diuidit et diuiſa recolligit

Alternumqȝ legens iter Nunc ſummis caput inſerit
Nunc decidit in infima/ tunc ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit/ hec eſt efficiens magis
Longe cauſa potencior/ q̄p que materie modo
Impreſſas patitur notas / precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens viuo in corpore paſſio
Cum vel lux oculos ferit/ vel vox auribus inſtrepit
Cum mentis vigor excitus / quas intus ſpecies tenet
Ad motus ſimiles vocans notis explicat exterius
Introrſumqȝ reconditis formis miſcet imagines

Boecius ⸿ Quare homo erectum habeat vultū. Capitulū. x.

Quam varijs terras animalia ꝑmeant figuris
Que varijs videas licet oīa diſcrepare formis
Prona tn̄ facies hebetes valet ingrauare ſenſus
Unica gens hominum celſum leuat altius cacumē
Atqȝ leuis recto ſtat corpore/ deſpicitqȝ terras
Hec niſi terrenus male deſipis ammonet figura
Qui recto celum vultu petis / exeriſqȝ frontem
In ſublime feras animum quoqȝ / ne grauata peſſuȝ
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato
Ouidi9. Pronaqȝ cum ſpectent animalia cetera terram
Os homini ſublime dedit/ celumqȝ videre
Juſſit/ et erectos ad ſidera tollere vultus
Claudi. Quid mentem traxiſſe polo/ quid proderit altum
Erexiſſe caput / pecudum ſi more feramur.

⸿ De appetenda doctrina. ⸿ Capitulū. xi.

Esopus Uſcat et extinguit cordis caligo nitorem
Corporis / eſt animi ſolus in orbe nitor
Ouidi9. Diſce bonas artes moneo romana iuuētus
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit et linguas edidiciſſe duas
Oracius Hoc opus hoc ſtudium ꝑui ꝓperemus et ampli

Si patrie volumus ſi nobis viuere cari
Diſce aliquid/nam cum ſubito fortuna recedit Catho.
Ars remanet/vitamqꝫ hominis non deſerit vnq̄ꝫ
Non ſolet ingenijs ſumma nocere dies Ouid iꝰ.
Singula ne referam nil non mortale tenemus
Corporis/exceptis ingenijqꝫ bonis
Inſtrue doctrinis animū/nec diſcere ceſſes Catho.
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago
Conſule doctores legis/diſcede maloꝝ Thobias
A conuenticulis cū comitare bonos
Vt granum de meſſe tibi/de fonte ſalubri
Pocula/de docta dogmata mente legas
Caſus vbiqꝫ valet ſemꝑ tibi pendeat hamus Ouidiꝰ.
Quo minime credis gurgite piſcis erit
Velle parum eſt cupias vt repꝫciaris oportet
Diſce ſed a doctis/indoctos ipſe doceto Catho
Propaganda etenim eſt/rerum doctrina bonarum

Qꝫ quatuor ſint neceſſaria diſcentibus .Cap̄.xij.

Sunt aſſiſtrices doctrine quatuor/harum Thobias
Coniugio/ſtudium fructificare ſolet
Prima parit natura quod īgeniū fouet/auget
Vis exercicijs/promouet vſus opꝰ
Eſt incultus ager ſed fertilis/artis egenum
Ingenium/ſtudij fertilitate carens
Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager Ouidiꝰ.
Eſt ſterilis/ſed cultus ager/ſtudij labor/expers
Ingenij/iungas hec duo meſſis adeſt Thobias
Natura fieret laudabile carmen/an arte
Queſitum eſt/ego nec ſtudium ſine diuite vena Oracius
Nec rude quid proſit video ingenium/alterius ſic

Altera poſcit opem res / et coniurat amice
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam
Multa tulit fecitq3 puer / ſudauit et alſit
Abſtinuit venere et vino / qui phicia cantat
Tibicen / didicit / prius extimuitq3 magiſtrum

De vſu et exercitio. Capitulum.xiij

Catho — Exerce ſtudium q̄uis perceperis artem
Vt cura ingenium / ſic et manus adiuuat vſum
Thobias — Doctrine pater eſt vſus / doctrina ſcolaris
Interciſa perit continuata viget
Pāphil9 — Cunctarum rerum prudencia diſcitur vſu
Vſus et ars docuit quod ſapit omnis homo
Ouidi9. — Solus et artifices qui facit vſus adeſt
Gutta cauat lapidem conſumitur annulus vſu
Et teritur preſſa vomer aduncus humo
Ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu
Interit aſſidua vomer aduncus humo
Quid magis eſt durum ſaxo / quid mollius vnda
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua
Capta vides ſero pgama / capta tamen
Arator. — Omnia ſecretam reſerant documenta figuram
Si libeat vigili pulſare latencia ſenſu
Ouidi9. — Aut nūq̄ incipies aut ceptum perfice . vincit
.: Alexā — Cuncta labor / nichil eſt īueſtigabile forti
Iſengrin9 — Penſatur fructus vtilitate labor
Ouidi9. — Fac tibi conſueſcat / nichil aſſuetudine maius
Quam tu dum capias tedia nulla fuge
Pāphil9 — Prouidencia tribuit deus et labor omnia nobis

Quod nimium ſtudium cōſumat corpus. Cap.xiiij.

Ouidi9. — Omnia deficiunt / animus tamen omnia vincit
Ille etiam vires corpus habere facit

Nam vehemens ſtudij macie labor afficit artus Alexād.
Et molem carnis et qđ cibus educat extra
Interior ſibi ſumit homo fomenta laborum
Cernis vt in duris / et quid boue fortius aruis Ouidiꝰ.
Forcia taurorum corpora frangat opus
Attenuant iuuenū vigilate corpora noctes
Curaqꝫ et in magno qui fit amore dolor

Cꝫ quādoqꝫ ſic vacandū a ſtudio. Capitulum. xv.

Interpone tuis interdum gaudia curis Catho.
Vt poſſis animo quēuis ſufferre laborem
Intermiſſa minus ſarcina pondus habet Maximꝰ
Feſſis poſt onera fit mage grata quies Geta.
Temperie celi corpuſqꝫ animuſqꝫ leuatᷣ. Ouidiꝰ.
Ocia corpus alunt / animus quoqꝫ paſcitur illis.
Immodicus contra carpit vtrumqꝫ labor.

De fugienda deſidia. Capitulū. xvi

Segniciem fugito que vite ignauia fertᷣ Catho.
Nam cum animꝰ languet cōſumit inercia corpꝰ
Cernis vt ignauū corrumpant ocia corpus Ouidiꝰ.
Et viciū capiant ni moueantᷣ aque
Ex requie ſerpit peſtis ſeuiſſima / luxus Thobias
Armiger / et fame prodigus hoſtis / amor
O male parta quies / o ſemꝑ dedita ſompno Arator.
Pectora nuda bono / quātum ꝑ inania currit
Mens ignara boni.! variam dant ocia mentem .! Luca.
Improbus interdum dubios labor impedit actus Pāphilꝰ
Magnaqꝫ tollit iners cōmodi ſegnicies

De Irriſoribus ſtudenciuz. Capitulum. xvij.

Hic aliquis de gente hircoſa centurionū Perſius
Dicat / quod ſatis eſt ſapio michi / non ego curo
Eſſe / quod archeſilas / erumpnoſiqꝫ ſalones

Obſcipo capite et figentes lumina terram
Murmura cum ſecum et rabioſa ſilencia rodunt
Atqꝫ exporrecto trutināt verba labello
Egroti veteris medicantes ſompnia/gigni
De nichilo nichil/in nichilum nil poſſe reuerti
Ouid9. Conſilij ſatis eſt in me michi·ita credere oportet
Ut valeat aliquid ſcire. Capituluz·xviij.
Catho Ne pudeat que neſcieris te velle doceri
Scire aliquid laus ē/turpe eſt nil diſcere velle
Iſengri9 Utilitas ſtulto ſepe pudore perit
Pāphil9 Deſperare nocet totum labor improbus implet
Sorte ſub ambigua/ſpes et labor omnis habetur
Curſus fatorum neſcit pars vlla virorum
Solius eſt proprium ſcire futura dei
Maxima fors paruo contigit ingenio
Oracius Non poſſis oculo quātum contendere linceus
Non tamen idcirco contempnas lippus inungi
Nec quia deſperes inuicti mēbra gliconis
Nodoſa nolie corpus prohibere cyragra
Eſt quodam prodire tenus ſi non datur vltra
Alanus Non omnis de litus erit/cui ſenſus vlixis
Deficit/aut mutus/quē neſcit muſa maronis
Non nitor argenti liuet/ſi fulgurat aurum
Non viole marcent quāuis roſa floris honore
Splendeat/et cultus componat lilia ſplendor
Ut quiſqꝫ in ſuo ſtudio delectetur·Capitulum·xix
Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſqꝫ ſuoruz
Ouidi9. Tempus et aſſueta ponere in arte iuuat
Saucius eiurat pūgnā gladiator/et idem
Immemor antiqui vulneris/arma capit
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ducit remos qua modo nauit aqua
Quid pocius faciam non ſum qui ſegnia ducam
Ocia mors nobis tempus habetur iners Oracius
Nauē agere ignarus nauis timet / obrotanū egro
Non audet niſi qui didicit dare / quod medicorum eſt
Promittunt medici / tractant fabrilia fabri
Optat ephiphia bos piger / optat arare caballus
Quā ſcit vterqʒ libens cenſeo exerceat artem.

¶ Quilibet ſuum comparem diligat. Capī. xx.

Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis Ouidius.
Et ſeruat ſtudii federa q̄ſqʒ ſui
Ruſticus agricolam / miles fera bella gerentem
Rectorem dubie nauita puppis amat.

¶ De meditatione. ¶ Capitulum. xxi.

Diuinos rimare apices ∴ labor omnia vincit Alexād.
Improbus / et duris veniens in rebus egeſtas ∴ S. Virgi.
Scrutari legem poſſunt vbicumqʒ quieti Proſper
Hi mundi a ſtrepitu libera corda vacent
Nam templum domini per ſacra ſilencia creſcit
Et ſtruitur tacite non ruitura domus.

¶ Quod ſacra ſcriptura nō ſit nimis ſcrutāda. Ca. xxii.

Si penetrare nequis celi ſecreta profundi Aurora
Simpliciter viuas mens et caro ſint tibi mūda
Ne merſus peas velud Icarus in maris vnda
Qui nimium comedens inuento melle fruetur
Illum poſt guſtum vel mors vel pena ſequetur
Sic qui ſcrutantur deitatis verba profunda
Maieſtatis eos demerget et opprimet vnda
Error in humanis comes indefeſſus oberrat Alanus
Denigrare ſolet fermenti copia / quicq̄d
Humanus ſermo vel mens humana volutat

Non ferit aſſidue telum quecūqꝫ minatur
Non ſemper medicus ſanat/non ipſe perorat
Rethor/non logicus ad metam puehit ymmo
Sepe iacens calle medio defeſſus anhelat
Catho Mitte archana dei celum inquirere quid ſit
Pāphilꝰ Mitte quod eſſe nequit querere quod eſſe poteſt

De locis non mutandis. Capitulū. xxiij

Oraciꝰ Tu quācūqꝫ deus tibi fortunauerit horam
Grata ſume manu nec dulcia differ in annum
Vt quocūqꝫ loco fueris/vixiſſe libenter
Te dicas/nam ſi ratio et prudencia curas
Non locus effuſi late maris arbiter aufert
Celum non animū mutant q̄ transmare currunt
Strennua nos exercet inercia/nauibus atqꝫ
Quadrigis/petimus bene viuere/quod petis hic eſt
Eſt vlubris/animus ſi te non deſerat equus
Rure ego viuentem/tu dicis in vrbe beatum
Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors
Stultus vterqꝫ locū immeritū cauſatur inique
In culpa eſt animus/qui ſe non effugit vmq̄
Naturam expelles furca tamen vſqꝫ recurret
Et mala perrumpet furtim caſtigia victrix
Qui ſemel aſpexit quātum dimiſſa petitis
Preſtent/mature redeat/repetatqꝫ relicta

Quod pueri in tenera etate ſint docendi. Cap. xxiiij.

Oraciꝰ Fingit equū tenera docilem ceruice magiſter
Ire viam/quā monſtrat eques/venaticꝰ ex quo
Tempore/ceruinam pellem latrauit in aula
Militat in ſiluis catulus/nunc adbibe puro
Pectore verba puer/nunc te melioribus offer
Qui ſemel eſt imbuta recens/ſeruabit odorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Teſta diu ∴ adeo in teneris moleſcere multum eſt ∴ Virgi.
Deniqȝ in ∴ argilla quoduis imitaberis vda ∴ Oracꝰ
Fabricet ignitis ferro candente caminis Otto
Dum calet in crebros iteretur malleus ictus
Ne pigras ſubeunte moras incude/ tepeſcat
Nec trahat illiſo preſcriptam verbere formam
Conſuetudo ſapit naturam teſta/ ſaporis Matheꝰ.
Quem noua concepit immemor eſſe nequit
Mento caneſcant alij/ nos mente/ capillo Dares.
Nos animo/ facie/ nos pectore/ tempora certe
Virtutem nō prima negant/ nō vltima donant
Diſce aliquid ∴ cp ſi ceſſas aut ſtrennuus annis Oracꝰ
Nec tardum operior/ nec precedentibus inſto
Occupet extremum ſcabies michi turpe relinqui ē

¶ Qualiter pueri ſint inſtruendi. Capitulum. xxv.

Os tenerum pueri balbumqȝ poeta figurat Idem.
Torqueat ab obſcenis iā nunc ſermonibꝰ aurē
Mox eciam pectus preceptis format amicis
Aſperitatis et inuidie corrector et ire
Recte facta refert/ oriencia tempora/ notis
Inſtruit exemplis/ inopem ſolatur ⁊ egrum
Sedulitas autem ſtulte quē diligit vrget
Precipue cuȝ ſe numeris commendat ⁊ arte
Diſcit enim citius/ meminitqȝ libencius illud
Quod quis deridet/ q̄ꝫ quod probat ⁊ veneratur
In vicium ducit culpe fuga/ ſi caret arte

¶ Qualiter pueri ſint informandi. Capituluȝ. xxvi.

NOn aufer puero doctrine nobile dictum Autora.
Non morietur enim ſi virge porrigis ictum
Naȝ virge tactus prauos exterminat actus
Dulcia nō ferimus ſucco renouamur amaro

Sepe perit ventis obruta cimba ſuis
Aſpice vt in curru/modo dat fluitancia rector
Lora/modo admiſſos arte retentet equos
Credita non ſemper ſulci cum fenore reddunt
Nec ſemper dubias adiuuat aura rates
Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus
Concuciet tenerum quelibet aura/cadit
Mox eciam ventis ſpacio durata reſiſtit
Firmaqꝫ adoptiuas arbor habebit opes
Otto Non nūquā nocuiſſe reor differre paratis
Non nūq̄ prodeſſe moras/mens ſpectet vtrumqꝫ
Si mora nectatur/vel ſi promptum teneatur
Alexād Naꝫ mora maturat fruges/et muſta ſtatuto
Tempore miteſcunt/q̄uis experta ſenſus
Quod natura nequit/animos/rabiemqꝫ ferarū
Mulcet longa dies/ſeuū indomitumqꝫ leonē
Mitigat humani manus et vox blanda magiſtri
Oraciꝰ Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis
Et tempeſtiuum pueris concedere ludum
Ouidiꝰ. Quod caret alterna requie durabile non eſt
Hec reparat vires/feſſaqꝫ mēbra leuat
Arcum iri ceſſas tendere/lentus erit

De exhortandis pueris ad ſtudiū. Capi. xxvij

Eſopus Inſita natorum cordi doctrina parentum
Cum fructū pariat/ſpreta nocere ſolet
Alda Auditore carens docili/doctrina magiſtri
Ingrata/et ſterili ſemina perdit humo
Ouidiꝰ. Acer et ad palme per ſe curſurus honores
Si tamē horteris fortius ibit equus
Vtile et admiſſo ſubdere calcar equo
Cultus et in pomis ſucos emendat amaros

Fiſſaq3 adoptiuas accipit arbor opes
De cogendis deſidioſis . Capitulū . xxviij
Nemo adeo ferus eſt vt nō miteſcere poſſit — Oraci9
Sicut equus torpensagitur virtute flagelli — Aurora .
Et chami laqueo fauces ſtringuntur aſelli
Sic fatui dorſum ferit aſtans virga retrorſum
Quod male fers / aſſueſce feres bene / multa vetuſtas — Ouidi9 .
Leniet / incipiens pſta / modo tempore vinces
Dum vires / animiq3 ſinūt tolerare labores
Venture memores iam nunc eſtote ſenecte
Sic nullum vobis tempus abibit iners
De ɔſiderandis virib9 ⁊ ingenio cuiuſlib3 . c . xxix . — Ouidi9 .
Quantū quiſq3 feret reſpiciendus erit
Vt corpus tenerum / ſic mens infirma puellis
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris .
Q̄ nō ſit ſimul diuerſis intendendum . Cap̄ . xxx .
Haut facile eſt animum multis inflectere rebus — Maxim9
Vt res oppoſitas mens ferat vna duas
Secta biptito dum mens diſcurrit vtroq3 — Ouidi9 .
Alterius vires ſubtrahit alter amor .
De diſtinguēdis et repetendis lectionib9 . ca . xxxi .
Quiſq3 metrū mutilet / ceu baucis oluſcula / metrū — Thobias
Interciſa / magis integritatis habent
Vocum cōgeries prolixa / nouerca fauoris
Diſplicet / excurrit / labitur / auris abeſt
Praua quidem cito fructificant / ſed fertilis arbor — Suſāna
Tardius vrtica creſcere ſemper habet
Nemo nimis ꝓpere didicit nocitura cauere — zozimas
Lectio lecta placet . decies repetita placebit — Oraci9
Si decies repetas / decies repetita placebunt . — .: Alda .
De interpretanda lectione . Capitulum . xxxij .

Oracius

Quicquid precipies esto breuis / vt cito dicta
Precipiant / animi dociles / teneantqꝫ fideles
Publica materies priuati iuris erit / ſi
Non circa vilem patulūqꝫ moraberis orbem
Nec verbum verbo curabis reddere / fidus
Interpres / nec deſilies imitator in artum
Unde pedem proferre pudor vetet / aut operis lex

Quod recurrendum ſit ad fontem. Capitulū. xxxiij.

Thobias

Meſſis agrum redolet / radicem virgula / fontem
Riuus / meſſis agro / meſſe probatur ager

Ouidius.

Nam q̄q̄ ſapor eſt allata dulcis in vnda
Gracius ex ipſo fonte bibuntur aque
Et magis adducto pomū decerpere ramo
Qm̄ de celata ſumere lance iuuat
Eſt quocꝫ cunctarum nouitas gratiſſima rerum

De arrogancia doctorum. Capitulū. xxxiiij

Querulus

Omne boni precium ſplendeſcit clarius / huius
In medium quociens fuſor vſus erit
In turbam nullus faſtidiet eſſe magiſter
Quo plures aderunt / et ſibi maior erit

Ouidius.

Excitat auditor ſtudium / laudataqꝫ virtus
Creſcit et immenſum gloria calcar habet
Deniqꝫ non paruas animo dat gloria vires
Et fecunda facit pectora laudis amor

Thobias

Fama citat laudem / laus premia / premia mentē
Mens ſtudium / ſtudium dogmata / dogma decus.

Quod vana ſit laus hominū. Capitulū. xxxv.

Ouidius.

Quid tibi ſi calida proſit laudare ſyene
Aut vt ēabro canen indica pingit aqua
Alcius ire licet / ſi te diſtancia longe
Plexadum laudent ſigna / quid inde feres

Boecius.

Quicumqꝫ ſolam mente precipiti petit

Summumq; credit gloriam
Late patentes cernat etheris plagas
Artumq; terrarum ſitum
Breuēq; replere non valentis ambitū
Pudebit aucti nominis
Quid o ſuperbi colla mortali iugo
Fruſtra leuare geſtiunt
Licet remotos fama per populos means
Diffuſa linguas explicet
Et magna titulis fulgeat claris domus
Mors ſpernit gloriam altam
Inuoluit humile pariter et celſum caput
Equatq; ſummis infima
Vbi nunc fidelis oſſa fabricij manent
Quid brucus aut rigidus cato
Signat ſuperſtes fama tenuis paucis
Inane nomen litteris
Sed q decora nouimus vocabula
Num ſcire conſumptos datur
Iacetis ergo prorſus ignobiles
Nec fama notos efficit
Q; ſi putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis
Cum ſere vobis rapiet hec eciam dies
Iam vos ſecunda mors manet
Nil tanti eſt ſed ego fungar vice cotis / acutum Oracius
Reddere que ferrum valet / ex ors ipſa ſecandi
Munus et officium / nil ſcribens / ipſe docebo
Vnde parentur opes / quid alat formetq; poetam
Quid deceat / quid nō / quo virtus / quo ferat error
Difficilis noſtra poſcitur arte labor Ouidius
Quodq; parum nouit / nemo docere poteſt.

Que ſint neceſſaria dictantibus · Capitulū · xxxvi ·

Ouidiꝰ ·

Scriptoꝝ chorꝰ oīs amat nemꝰ ⁊ fugit vrbe s
Rite cliens bachi / ſompno gaudentis ⁊ vmbra
Carmina prouemiunt animo diducta ſereno
Carmina ſeceſſum ſcribentis ⁊ ocia querunt
Scribentem iuuat ipſe labor / minuitqꝫ laborem
Cumqꝫ ſuo creſcens pectore feruet opus

De corrigendis vſibꝰ et dictaminibꝰ · Cap̄ · xxxvij

Oracius

Vir bonus et prudens vſus reprehendit inertes
Culpabit duros / incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum / ambicioſa recidet
Ornamenta / parum claris lucem dare coget
Arguet ambigue dictū / mutanda notabit
Fiet / ariſtarchus / nec dicet / cur ego amicū
Offendam in nugis / he nuge ſeria ducent
In mala / deriſum ſemel / exceptumqꝫ ſiniſtre
Non q̊uis videt immodulata poemata iudex
Ridentur mala qui componūt carmina / verū
Gaudent ſcribentes / et ſe venerant̄ et vltro
Si taceas laudant / quicquid ſcripſere beati
At qui legitimū cupiet feciſſe poema
Cū tabulis animū cenſoris ſumet honeſti
Audebit quecumqꝫ parum ſplendoris habebūt
Et ſine pondere erunt et honore indigna ferunt̄
Verba mouere loco / q̄uis inuita recedant
Et mala tornatos incudi reddere verſus
Luxuriancia compeſcet / nimis aſpera ſano
Leuabit cultu virtute carencia tollet
Ludentis ſpecie / carmen reprehendite / qd̄ nō
Multa dies / et multa litura coheruit / atqꝫ
Perfectū decies non caſtigauit ad vnguem

Membranis intus poſitis delere licebit
Quod nō edideris / neſcit vox miſſa reuerti.

Qꝫ materia ſcḋm vires ſit ſumenda. Capi. xxxviij.

QVod potes id temptato operis ne pondere pſſ9 Catho.
Succūbat labor et fruſtra temptata relinquas
Sumite materiam veſtris qui ſcribitis equā Oraci9
Viribus / et verſate diu / quid ferre recuſent
Quid valeant humeri / cui lecta potenter erit res
Nec facundia deſeret hunc / nec lucidus ordo
Aut prodeſſe volunt / aut delectare poete
Aut ſimul a iocunda et ydonea dicere vite
Omne tulit punctum qui miſcet vtile dulci
Lectorem delectando / pariterqꝫ monendo
Aut famā ſequere aut / ſibi conuenientia finge
Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris.

Qꝫ ſcḋm habitū mētis verba ſint formāda. c. xxxix.

NOn ſatis eſt pulchra eſſe poemata / dulcia ſunto Oraci9
Et quocūqꝫ volunt animū auditoris agunto
Vt ridentibus arrident / ita flentibus aſſunt
Humani vultus / ſi vis me flere dolendum eſt
Primū ipſi tibi tunc tua me infortunia ledent
Thelefe vel pelen / male ſi mandata loqueris
Aut dormitabo aut ridebo / triſtia meſtum
Vultum verba decent / iratum plena minarum
Ludentem laſciua / ſeueruꝫ ſeria dictu
Format enim natura prius nos intus ad omnē
Fortunaruꝫ habituꝫ / iuuat aut impellit ad iraꝫ
Aut ad humū merore graui deducit / et angit
Poſt effert animi motus interprete lingua
Si dicentis erunt fortunis obſona dicta
Romani tollent equites / peditesqꝫ cachinnū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De etate puerili. ¶ Capitulum. xl

Oracius ETatis cuiuſqꝫ notandi ſunt tibi mores
Mobilibuſqꝫ decor naturis dandus et annis
Reddere qui voces iam ſcit puer / et pede recto
Signat humū / geſtit paribus colludere et iram
Colligit / ac ponit temere / mutatur in horas
Pāphil9 Diruit edificat. ∴ nam mens puerilis et etas
Quod nocet aut prodeſt noscere neſcit adhuc

¶ De etate Iuuenili ¶ Capitulū. xli.

Oracius INberbis iuuenis / tandem cuſtode remoto
Gaudet equis / canibuſqꝫ et aprici gramine campi
Cereus in vicium flecti monitoribus aſper
Vtilium tardus prouiſor prodigus eris
Sublimis / cupiduſqꝫ / et amata relinquere pernix

¶ De etate virili. ¶ Capitulum. xlij.

Oracius COnuerſis ſtudijs etas / animuſqꝫ virilis
Querit opes et amicitias / inſeruit honori
Commiſiſſe cauet que mox mutare laboret.

¶ De etate ſenili. ¶ Capitulū. xliij.

Idem. MVlta ſenem circumueniunt incōmoda / vel quod
Querit / et inuentis miſer abſtinet / et timet vti
Vel quia res omnes timide gelideqꝫ miniſtrat
Dilator / ſpe longus / iners / auiduſqꝫ futuri
Difficilis / querulus / laudator tempore acti
Se puero / caſtigator cenſorqꝫ minorum.

¶ De vtilitate ſcripture. ¶ Capitulum. xliiij.

Ouidi9. CArmina ſit viuax virtus ex perſqꝫ ſepulchri
Noticiam ſere poſteritatis habet
Scripta ferunt annos ⊥ longūqꝫ tenentur in euū
Corpora debentur meſtis exanguia buſtis
Effugiūt ſtructos nomen honorqꝫ rogos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Suſcitat eloquium functos oculiſqȝ ſepulti Pacius.
Pectoribus viuunt/ſcripto precone tiranni
Hic olim poſitos populis mirantibus offert
Elinguis pictura viros/ſic culta profatur
Carta duces/oculis hec blandior/auribus illa.

De inuentoribus arciū. Capitulū. xlv

Laudamus veteres/ſed noſtris vtimur annis Ouidius.
Mos tamen eſt eque dignus vterqȝ coli
Non venus/et vinū ſublimia pectora fregit
Officiū ve fori/milicie ve labor
Nec leuis ambicio perfuſaqȝ gloria fuco
Magnarū ve fames ſollicitauit opum
Admouere oculis diſtancia ſidera noſtris
Etheraqȝ ingenio ſuppoſuere ſuo
Sic petitur celum/non vt ferat oſſan olimpus
Summaqȝ peliacus ſidera tangat apex
Felices anime quibus hec cognoſcere primis
Inqȝ domos ſuperas ſcandere cura fuit
Credibile eſt illos pariter viciȷ̄ſqȝ iociſqȝ
Altius humanis exeruiſſe caput
Ad ſummā ſapiens vno minor eſt ioue/diues Oracius
Liber/honoratus pulcher/rex denīqȝ regum
Precipue ſanus/niſi cum pituita moleſta eſt.

De dieta ſtudenciū. Capitulū. xlvi.

SI preceptorum ſupereſt tibi cura meorum
Parce puer nugis/cum tus colo tēpore frugis
Prefigam metas quales tua poſtulat etas
Quas ſi tranſgrederis male de monitore mereris
Contempto ſtrato/ſummo te mane leuato
Facqȝ legendo moraȝ/ quartaȝ dumtaxat ad horam
Quinta ſume cibum/vinū bibe ſed moderatuȝ

Et pranſus breuiter dormi / vel lude parumper
Poſtq̄ꝫ dormieris ſit mos tuus vt mediteris
Que meditatus eris tabulis dare ne pigriteris
Que dederis cere / ſperes quādoqꝫ videre
Poſt hec. I lectum cum legeris ito comeſtum
Poſt ſumptas eſcas / ſi iam monet hora quieſcas
Si tempus ſupereſt poſt cenam ludere prodeſt
Sub tali meta conſtet tibi tota dieta.

¶ Explicit liber Octauus . alias Nonus Incipit deci mus quem Alanus in Antidaudiano totaliter ponit Et primū Capitulū eſt Q in xpō fuerit omnis pleni tudo virtutum.

Alanus

VT ſibi iūcta magis nature dona reſultēt
Et primū donet domis mixtura fauorem
Sollers natuē ſtudiū q̄ ſingula ſparſim
Munera contulerat alijs / cōcludit ī vnuꝫ
Cudit opus per quod / operi concluditur omni
In cuius ſpeculo locat omnis gracia ſedem
Forma Joſep / ſenſus idide / paciencia iuſti
Job / zelus finees / moyſiqꝫ modeſtia Jacob
Simplicitas / abraheqꝫ fides / pietaſqꝫ tobie.

Secūdū Ca. De dono modeſtie . iij . C . De dono racōis iiij . Ca . De dono honeſtatis . v . Ca . De dono honoris vi . C . De dono ſapiēcie . vij . C . De dono pietatis . viij De dono fidei . ix . Ca . De dono largitatis . x . Cap̄ . De dono fortune . et eſt vltimū . Que omnia habentur per ordinem in vltimo libro in Anticlaudiano Alani.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Inkl. 416







Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf